

nii: Aliiq; cel estis militie duces tantis laudibus decantati. Hi fructus non  
immerito illius laboribus ascribendi. Ut non iniuria Cassiodorus: Et Isido-  
rus: & Cassianus massiliensis Marcum principem & quasi parentem mona-  
stice uitæ appellauerint. Nam Cassiodorus libro secundo de uita monacho-  
rum egyptiorum Marcum euangelistam principem eius uitæ extitisse asse-  
rit. Et dedignamus adhuc atq; erubescimus christianam profiteri fidem  
receptam a gentilibus super celesti quodam spiritu sic agente: signorum testi-  
moniis sup omnē naturę uim atq; potentiam. Quę enim sapientia eloquē-  
ria ue tam paruo tpe tantam animorū conuersiōem efficere potuisset? Quū  
igitur cresceret idies huius nominis auctoritas p̄ uniuersam Aegyptū alias  
q; circuquaq; regiones: idolorum sacerdotes coiuratione aduersus eū facta  
septimo Klē. maias qui fuit pascalis apd' christiāos dies: Nam his forte die  
bus serapis solēnia agebantur: mortem illi decreuerūt. Carnifices misere su-  
os ad eū comprehendēdū: q illis diebus christianā multitudinē in publicū  
pdire nō putarent ausurā. Mortis genus hoc fuit. Marcū repiunt apd' chri-  
stianorū ecclesiā. Celebrabat tū forte rei diuinę solēnia. Iniecta igitur collo  
cathena fune alligata: ut erat sacrī uestibus indutus: Raptare p̄ ciuitatis ui-  
as & cōpita ceperūt: uociferātes: duca mus hūc Bubalum ad loca Bubulci:  
nouā significātes ecclesiam christianorū. Horrendū sanctus ille prēbuit ac  
fēdissimū uisu spectaculū: ptunso laceratoq; ore: cōfractis oibus mēbris:  
tabo fluente: & crōure stillante. Nemo fuit etiā ex gentilibus: q nō indignā  
deplorandamq; rē existimaret innocētissimū uirū huiusmodi cruciatibus  
discerpi ac lacerari. Vespe tandem facto: penę examinem in carcerē reducūt.  
Ferūt ad carcerē uenisse dominū Iesum Christū clarissimo lumine prēful-  
gentē: ut fidelissimū fortissimūq; militē cōsolaretur. Atq; his uerbis usum.  
Pax tibi Marce Euangelista meus. Ecce hora ppe nunc adest: qua post tan-  
tos labores & cruciatus triumphatis italię & Aegypti populis ad sempiter-  
nā meū requiē letus in celū cōscendas. Ille aut: gratias tibi ago domine Ie-  
su: qui me dignū habueris: qui p̄ nomine tuo patiar: Q d' & tu prior pro-  
me facere dignatus es. In sequenti luce carnifices iisdem quibus pridie uoci-  
bus raptare iterū pergūt. Cæterū exanguis & sine ullo iam spiritu: eleuatis  
in celum oculis: memor magistrī uerborum: in manus inquit tuas domine  
cōmendo spiritum meum: sanctissimam animam in domino exhalauit. In  
credibile est quanta christianorum multitudo ad illud spectaculum concur-  
rerit. Ipsis etiam gentilibus lachrymas mouit ea crudelitas: ut non  
minus exarserint in iram gentilium sacerdotes ex eo concursu: q cum pu-  
blice eum Christi nomen prēdicantem audirent: Prohibere igitur pergun-  
te corpus christiani tollant: in ignem mittere conati sunt: Et fecissent illi q  
dem: nisi dominus seruum martyremq; suum ab eo furore defendisset. Tu  
lit ipse auxilium ex alto: Ferunt & enim sequam continuo obortam tempe-